



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In die Coenæ Domini ad homicidas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

venderunt factos veluti locustas. Apoc. 9. *De fumo putei exierunt locustae. Facies earum quasi facies hominum, videntur homines sed sunt bestiae. Habebant capillos sicut capillos mulierum. Ecce luxuriosi, capilli sunt cogitationes juxta Aug. Greg. Haec de mulieribus. Dentes eorum dentes leonum, Ecce rapaces. Vox aliarum earum sicut vox currum, equorum multorum currentium in bellum, ecce iracundi. Habebant caudas similes scorpionum, ecce adultores. Habebant supra se regem, Angelum abyssus cui nomen exterminans. Ecce emptor illorum. Quo fructu empti? exterminati ut sint extra terminos omnis boni, o quae lamentatio illorum? O quoties, Ergo erravimus? Nazianz. *Aetate vita dies est mercatura magna. O miseri venditores? Si tibi DEUS daret pro te aliquod regnum, dares te ipsi forsitan, nunc dat se pro te: ita ut eo vivas. Aug. in Pl. 70. conc. 2. Sicut vita corporis est anima, sic vita anime DEUS. Ex eo fit quod quidem minus est, sed tamen magnum, quod Chrysol. hom. 56. in Genes. Adveniens Christus eam virtutem in hominibus plantavit ut ex hominibus Angelos faceret.**

In die Coenae Domini ad Homicidas.

QUO titulo vos compellabo? dicam Filios prodigos, sed ille propriam substantiam, vos alienum sanguinem & vitam prodigastis. Dicam oves Christi errabundas, vos lupi discerpistis oves Christi, dicam rebelles DEO qui illius imaginem concerpistis, ad imaginem quippe DEI factus est homo, quod si illi regulae insistam. *Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum*, vos nunquam ad vitam revocabitis eos, quos occidistis, quibus vitam abstulistis. Caelum nobis sub imagine scalae Jacob DEUS proposuit, volentis ascendere ex illa vos deturbabunt quos interemistis, & clamabunt, tu

mc.

me occidisti, tu me in sepulchrum misisti, ego te in infernum detrudam, Orabitur, sed effusus sanguis clamabit contra vos de terra, sicut Abel sanguis, & clamore suo vestras orationes obruet. Levabitis manus in caelum, *Sed manus vestrae plenasunt sanguinum.* Oculos attolentis, attolit illos ad Crucifixum, cui dixit ille, *non pepercit non parcam.* Nolo tamen ut dicaris cum Caino. Major est iniquitas mea quam ut illam mihi dimittat DEUS. Ascendite scalam Jacob. *In quacunque hora ingemuerit peccator dimittentur ei peccata, restituite quae debitis propter homicidium.* In vertice scalae vidit Jacob DEUM. DEO Patri obligatus ille, qui contra omnipotentiam peccavit per fragilitatem; Filio quae fecit per insipientiam: spiritui S. quae per malitiam. Obligatus Christo qui ejus occidit Fratrem: B. Virgini, Sanctis, quos offendit. Manus vestras implevistis alieno sanguine per eadem, implete vestro per flagellationes, oculos vestros lacrymis implete. Leo est Christus Apoc. 5. vindicabit, sed super obstinatos qualis fuit Pharaon, cum poenitentibus aget mitius; quercus securi scinditur, flores manu decerpuntur. Propterea Isai. 1. *Va genti peccatrici.* Idem va insonat Jer. 4. Ezech. 13. Osee 7. Michea 1. Abacuc 2. & in Sophonia. At vero aliis, 2. Tim. 4. *Obsecra, argue, increpa.* 1. Cor. 10. *Obsecro vos.* Ambr. in Luc. 9. *Alii sunt terrores Prophetici, alia suasiones Apostolica.* DEUS in igne apparebat. Philo lib. de Decalogo *Ignis malos urit bonos illuminat.* Propterea Isai. 11. *Egreditur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet virga non vere poenitentibus, flos contritis corde.* Aug. serm. 69 de tempore. *Qui verberibus indiget, ad eum egreditur in virga, qui autem proficit ad justitiam ascendit ei in florem.* Dicit de peccato dolentibus, Beati dicit obstinatis, *ve vobis.* Audient poenitentes Pl. 7. *Qui salvos facit rectos corde.* Audient obstinati *Nisi conversi fuerint.*

fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit. Expectatis ut vos percuciat virgâ sicut Moyſes petram, ut sic tandem fluant aquæ lacrymarum Exod. 17. Percutiet & confringet ossa vestra, percutiet ut Pharaonem & in mari demerget. Non fecit Jerosolyma Prophetis monentibus quod fecit Ninivus & periit. Vertetur hæc vobis in serpentem virga, sicut verba est virga Moyſis Pharaoni. Occidistis, sanguinem effudistis, sanguis de manu vestra exquiritur. O poenitentes percucimini virgâ Episcopi Jer. 5. Percussisti eos & non doluerunt, attrivisti eos & noluerunt accipere disciplinam, induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Sicut Balſazar eſſi videret scribi, Mane Theſel, Phares. Peribunt sicut Balſazar, non restitucitis DEO quæ abstulistis ipse sibi de vobis, de vita vestra, de substantia vestra, restituet. Convertimini ad Dominum DEUM vestrum.

Cùm ostenta in cœlo apparent, v. g.

Cometa.

IAM de cœlo nobis DEUS concionatur, non verbis, sed signis, hic possum dicere. *Qui habet aures audiendi audiat.* Explicabo hæc voces.

Non semper damni signa sunt Cometa. Apparuit instar Cometæ, stella cum Christus nasceretur. Tempore Augusti Imp. ut scribit Sueton. fuit insignis Cometa, & accepit ex consilio sapientum illum in omen fortunæ, & secuta est pax universalis. Idem scribit Festus, nam Cometa ex se cur potius mala prænuntiet? sunt alia signa in aère quæ clariùs prænuntiant mala, circa annum 1610. ignes in aère & columnæ mala belli prædixerunt, venti insoliti, diluvia, afferunt, non solum